

si opus erit ἐφόρῳ, facile, opinor animadver-
 tero. Statuant Parentes illorum quod pro
 sua prudentia e re fore judicabunt. Si vene-
 rint haud alio, quam filiorum loco erunt,
 modo sic sint assuefacti, ut πειθαρχίαν τῆς
 εὐπραξίας μητέρα εἶναι, per sualuta habentes,
 non delectentur virtutis & nobilitatis
 divorcio. Sin alio profecti fuerint, precabor
 ut in patrum crescant gaudia. De Hotto-
 manno prælectioni publicæ præficiendo agi-
 tantur consilia. Magnificum D. Parentem
 tuum: & suavissimam tuam σύζυγον, salvere
 jubeo. Basilea 9. Julii 1583.

T. J. Gryneus.

EPISTOLA XXX.

S Video meas Vobis non esse exhibitas,
 nec vestras literas (de plerisque loquor)
 mihi. Repeto itaque quod jam antea scripsi,
 Domini Geuderi filio me hospitium domi
 meæ destinasse & omnia ἐγκύκλια officia.
 Præceptorem ipse agam, si ille Grynæi disci-
 pulum præstare vult. Omnino ea lege do-
 mi vivet meæ (si accesserit) qua tute me-
 cum, mihi optatis, hospes quondam, vixisti.

F 3

Sic